






MARE, F. X. de

TRACTATUS

MEDICO-CHIRURGICO-CHEMICUS

DE

CANCRO

ET

SPINA VENTOSA

CURABILIBUS

PER MEDICAMENTUM HACTENUS SECRETUM, NUNC COMMUNICATUM, EDITUS

A

FRANC. XAV. DE *MARÆ*

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORE.



VIENNÆ,

TYPIS JOAN. THOMÆ NOB. DE TRATTNERN,

CÆS. REG. AULÆ TYPOGRAPHI, ET BIBLIOPOLÆ.

1767.

F. IV.


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE



PRAEFATIO

Quamvis mihi in ſcribendo tractatu hoc ingentem ingredi videar Pelagum, tamen non poſſum, quin Eum medicaminis gratia virus Carcinomatis aperti & Spinæ Ventoſæ ſpoliente facultate pollentis confirmata experientia edoctus publicæ luci darem. Quem enim latet plurimos hoc malo tentari homines, præprimis tam ex nobili, quam inferiori natas ſtirpe

fæminas miſerrime interiiſſe? in tenerrima ætate etiam ex utroque ſexu a Spina Ventoſa fuiſſe mactatos? quam triſte hoc ſit ſpectaculum, ſæpius perpendi, & iisdem opem ferre poſſe ſolicitus optavi, ſi ſufficiens mihi experientiæ conſtitiſſet ex medicamine argumentum, quod tamen nunc abunde notum eſt; quare mihi felix videor contemplans adminiculum miſeris ferre poſſe, qui tantum fœtorem, dolores, cruciatus diu, noctuque in mortem usque ſuſtinere coguntur, taceo de mœrore, qui tamen abunde affligit, dum ſe à ſanguine junctis omnino etiam condolentibus derelictos ſentiunt, fugit enim omnis miſeros tales timore correptus, per halitum, tactum &c. crudelem hunc morbum hæreditario

quaſi

quaſi jure in ſe deſcendendi vim poſſidere. Nemo eſt, qui, dum paucos ante annos quandam Cancro fœminam, aut quendam Spina ventoſa afflictum eſſe intellexit, conclamatum de ægri ſalute eſſe dubitaſſet, quam tamen horrendam prognoſim, ab aliquibus ab hinc annis incertam eſſe omnino innotuit, cum plures ex Cancro reſtitutos eſſe experientia docuerit: Et ideo nunquam ſatis deprædicandus erit Perilluſtris, ac Magnificus Dominus de Störck, Sac. Cæſ. Regiarumque Majeſtatum Archiater, nec non Facultatis Medicæ Vindobonenſis p. t. Decanus Spectabilis. *Dum jam dudum miſeræ ſimilium ſorti ſuccurrere omnibus adlaboraverit viribus, ſub cujus ſolicitudine*


ope extracti Cicutæ pristinæ sanitati restitutæ sunt Cancro mirum in modum vexatæ; hic erat Ille, per quem venenatum Medicamentum antehac visum in utilitatem humani generis enucleatum, terrarum orbi, quod satis miratu dignum est, sævum Cancri malum profligari posse inclaruit. Vidimus sæpenumero missos ad nos exterarum regionum Legatos, ut genuinum hujus Cicutæ extractum obtinere, & ejus usum satis intelligere queant: Quanti non erunt, qui ex diro hoc morbo recuperatam Illi soli sanitatem in acceptis referendam habebunt? Quid igitur mirum, si & ego doctissimo Magnifici hujus Viri exemplo motus Carcinomati & Spinæ Ventosæ resistens, pluribus nunc firmatus

ex-

experientiis ſecretum publicæ luci edere audeam? audax quidem merito cenſendus eſſem, ſi Illius Doctrinam cum mea vili, æquali Bilanci exponere præſumerem, abſit hanc audaciam a me mente concipere, cum inanis & audax foret prærogativæ cupido: ſed ideo ſolum publico communicare ſecretum hoc ſtatui, ut ægris cum malis his conflictantibus auxilium ferri queat. L. B. operam meam benigne ſuſcipiat, & ſi in uno alterove erraſſe Illi videar, id ſua benevolentia recompenſet, cum me amor in ſimiles miſeros ſolus, non profunda ad ſcribendum tractatum hunc allicuerit doctrina: ſi itaque L. B. gratiam tuam, uti utilitatem ex opuſculo hoc ægris promanantem ſpero, obten-

turus ſim, ea obtinui, quæ votorum meorum meta ſunt, nam ægris calamitoſiſſimis hoc malo extremum obrutis ſuccurrendi & Tibi L. B. quoad poſſe meum eſt, ſatisfaciendi ſtudii, & deſiderii mei eſt

FINIS.



An-





Antequam de Carcinomate dicere exordiar, de ſcirrhis, utpote origine Carcinomatis quædam præmittere neceſſarium duxi: Eundem itaque eſſe tumorem durum, indolentem, plus minusve reſiſtentem in glanduloſis partibus ſedem ſuam figentem ſatis innotuit, quod vero ſcirrhi in glandulis oriantur, confirmat CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS in Aphor. 484. dum ait: *Ejus ergo ſedes omnis glandula.* & Aphor. 392. *ſi pars inflammata, glanduloſa, calor internus externusve magnus, materies impacta, inertior craſſior* &c. *fit tumor durus indolens glandulæ: vocatur Scirrhus,* quamvis Galenus in aliis corporis partibus oriri poſſe dixerit, cum & ſimiles tumores duros, indolentes in his

repertos experientia docuerit, tamen hic loci illos prætereo, cum ii in longe diverſa ſæpiſſime a ſcirrho mala terminentur: Quod confirmat ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in comment. §. 484. pag. 844. dicens: *verum, dum alium ſæpe exitum habeant hæc mala, neque tam facile in Cancrum degenerent, forte melius tumores ſcirrhoëides vocari poſſent diſtinctionis cauſa.* Oritur autem ſcirrhus in glandulis ab omni eo, quod ſuccum ſpecialem in iis pro diverſitate ſecretionis ab ipſa fabrica & ſtructura vaſorum & partium dependentis elaboratum coagulare, inſpiſſare, exſiccare, hinc per emiſſaria exire ineptum facit, quod contuſiones, compreſſiones etiam externe efficere valent, per eas enim emiſſaria glandularum tam anguſta redduntur, ut ſecreti ſucci in glandulis remanere cogantur, tenuiſſima ergo pars eorum per ſubtiliſſima tantum venarum oſtiola reabſorbetur,

vel

vel etiam per emiſſaria anguſtata fluit, ex quo fit, quod craſſum retineatur, ſemper magis augeatur, magis inſpiſſetur, glandula in majorem molem explicetur, vaſcula per ejus membranas decurrentia premantur, & ſic tumor; durities vero partim a vaſis infarctis, partim ſimul coagulatis, inſpiſſatis & exſiccatis liquidis; abſentia vero doloris a nervis in glanduloſa fabrica diſtributis fortiter compreſſis, deducitur: Dum itaque hæc glandula premit aliam ſibi vicinam, continget id eidem, uti primæ a ſuo liquido orbatæ, ex quo ſucceſſive partis cujusdam glanduloſæ major & magis perceptibilis tumor durus naſcitur, quo ſe ſcirrhus patefacit: docet experientia, quam plurimas vel ſcirrho adhuc, vel etiam Carcinomate jam laborantes fæminas in explicanda funeſti ſui morbi hiſtoria narrare, ſe in primordio minimam, quam nihili habuerunt, ſenſiſſe duritiem, quæ ſemper magis ma-

gis-

gisque increvit, donec mamma in hanc molem fuerit elata; & hoc non aliunde factum est, quam quod per induratam & a liquidis suis jam spoliatam glandulam aliæ vicinæ continuo pressæ fuerint, videtur ergo satis mammas esse glandulosas, ut affirmat ILLUSTR. L. B. VAN SWIETEN in Comment. in Aphor. Boerhaavii §. 484. pag. 848. ajens: *Quamvis enim mammas glandulosas esse negaverit Ruischius, talis tamen illarum fabrica est, atque illa lactis a sanguine secreti indoles, ut in mammis satis facile Scirrhi nasci possint.* Est quidem in iis arteriarum & vasorum lactiferorum perfecta communicatio, tubuli enim lactiferi cum vicinis majores efformant ramulos, & sic vasa lactifera majora fiunt, quæ iterum angustata minimis fistulis lac in papillam ferunt; lac itaque, cum perfectissima sit, etsi vasa eodem turgescant, vasorum, unde exivit, communicatio, certe iterum

pot-

poteſt revehi absque eo, quod mamma detrimentum patiatur, ſed cum idem ex natura ſua adeo pronum ſit ad coagulum, facile in coloſtrum abire poteſt. Videmus quidem ſæpe numero matribus ſuas proles ablactantibus mammas in immenſam molem increſcere, & dolere, usque dum lac reductum ſit, verum ſi coagulati ejus quid remaneat, quod ſemper magis ſuo ſero privatur, & vi circulantis a tergo ulterius urgeri nequit, eundem effectum in glanduloſa fabrica efficere poteſt, ac per preſſionem externam vel contuſionem cauſari poſſe dictum eſt. Quod autem lac facile coaguletur, teſtatur ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN, dum in eodem priori enumerato §. dicit: *Verum lac ex ſua natura in coagulum facile tendens, ſtagnans in vaſis lactiferis dilatatis, in coloſtrum & ſerum abit* &c. *coloſtrum vero ſero ſuo orbum hærebit immeabile in vaſis lactiferis, magisque exſiccatum tandem*

dem in ſcirrhum vix reſolubilem ſæpe abit. Patet itaque ex his partim ob glandulosam mammæ fabricam, partim facile lactis coagulum irreſolubiles ſcirrhos, qui peſſimum producunt Cancrum, hic loci generari poſſe, præprimis, cum vaſcula earum emiſſaria valde ſint anguſta: ſicut vero hoc malum in mammis contingit, ita & in reliquis glandulosis partibus fieri experientia docet, hic enim potiſſimum, cum compreſſiones, contuſiones ſæpius, quam in aliis partibus incaute accidere ſoleant, & dein lactis promptitudo in coagulum conſideranda eſt, accedit, quod tantus cum utero earum ſit conſenſus, ut ex menſtruis in gravidis, lochiis in puerperis ceſſantibus, ſi eædem valde intumeſcant, colligere licet, & in provectiori ætate, dum jam quidquam ſcirrhoſi latuit, fluxu menſium omnino abolito in majorem ſcirrhum & indomabilem Cancrum degeneraverint, quod

ma-

malum in effœtis potiſſimum fieri firmiſſimis argumentis probatur AB ILLUSTRISSIMO L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 485. pag. 854. his verbis: *Ex quibus omnibus ſatis patet, quantum ad ſcirrhum producendum vel augendum, ſi præextiterit, poſſit facere conſueti ſluxus menſtrui ceſſatio.* Ex quibus concludendum eſt, frequentiſſime in mammis generari ſcirrhos, qui in aliis partibus externis non tam facile accidunt: interim ſcirrhus, niſi valida in vaſis adjacentibus fiat preſſio, vel in partibus vicinis, ut in Carcinoma degeneret, non ſubitaneam ſtragem intendit. Ægri itaque ſimiles animi pathemata, cum ea impetum circulantis valde augere poſſint, fugiant, atque in diæta, ne quidquam de motum humorum accelerantibus v. g. ſpirituoſis, auſteris, acribus, calidis, &c. aſſumant, valde obſervent; nec corporis motus in muſculis augeatur, nec minor in aere

re

re calido, dum ſubtiliſſima diſſipantur, fiat. Cautelas cum cura elegantiſſimas videre licet in Comment. ILLUSTRISSIMI L. B. VAN SWIETEN a §. 490. usque §. 492. a pag. 862. uſque 872. quam diu ergo ſcirrhus in ſua indole manet, tam diu præter gravitatem nihil mali ægri ſentiunt, niſi eos metus ad ſubſequentia forte graviora ſymptomata invitet, verum cum in indole ſua mutatus eſſe inchoat, præter metum miſeri etiam triſtem experiuntur doloris ſenſum, de quo plura dicenda ſunt; & ideo tractatum hunc in duo diſpertiri volui capita, in quorum primo de Cancro occulto & aperto, ſeu exulcerato, in altero de Spina Ventoſa agere ſtatui, cui accedit parandi & utendi medicamenti ſecreti methodus cum obſervatione Chemica.

CA-

CAPUT I.

De Cancro, ſive Carcinomate.

§. I.

Quamdiu præter tumorem & duritiem nullus alius ſenſus adeſt, Scirrhus eſt: ſi vero aut dolor lancinans aut pruritus, quamvis non continuo ſentiatur, qui poſt longius temporis intervallum iterum recurrit, tunc in pejus malum Scirrhus mutatus eſt; cujus non inanis certe eſt metus, cum non tantum medicamenta quæcunque applicata reſpuat, ſed etiam ſequentibus crudeliſſimis cruciatibus, doloribus, & fœtore putrido intolerabili miſeros affligat, quo corpus vivum exeditur, & depaſcitur; cui accedit cruciatuum horum diuturnitas per plures menſes vel annos etiam perferenda, uſque tandem ob majorum vaſorum eroſionem hæmorrhagiâ oriundâ calamito-

fiſſimam hanc vitam inexplicandis doloribus mors finiat: niſi enim talis ſequatur vaſorum ruptio, miſerrime tam diu vivunt, uſque dum conſumpto a putredine corpore pereant. Vocatur vero crudelis hic morbus: χαρχίνως, χαρχίνωμα ob ſimilitudinem quandam cum vivo animali Cancro pedes undique porrigente referentem: Quemadmodum enim Cancer omnes chelas porrigit, ita ex omni parte Carcinomatis venæ atro ſanguine impletæ exeuntes, varicoſæ conſpiciuntur. Ex mutatione ergo ſcirrhi ſequitur, quod Carcinoma ſit tumor durus, plus minus inæqualis, pluſque minuſque dolens a cauſis ſcirrhi continuantibus productus; nam cauſæ eædem manent, niſi quod magis augeantur, ſi enim vicina magis moventur, ut vaſa vicina ad margines Scirrhi obſtructa inflammentur, tunc Scirrhus malignus evadit, & Carcinomatis auditu mortalibus crudele vocabulum

for-

ſortitur: cujus tamen duplex recenſetur ſpecies, ocultum nempe & apertum, etiamſi quidam Authores lancinantibus jam jam præſentibus Scirrhi nomen retinuerint, ubi potius Carcinoma occultum dici poterit, cum contraria eſſet definitionis differentia ultima; in Scirrho enim nullus perſentitur dolor, ut definivit CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS §. 392. circa finem. Fit *tumor durus indolens* &c. & ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 492. pag. 873. dicit: *Signum ergo Cancrum a Scirrho diſtinguens dolor eſt &c.* concluſit itaque, quod dolor ſignificet inter Scirrhum, & Carcinoma indubiam differentiam.

§. II.

Quamdiu ergo ſuccus in glandula a liquido ſuo ſemper magis orbatus hæret immutatus, tunc ſola pars ſcirrhoſa a functione ſua absque magno damno aliarum partium illato deſtituitur, quod

per longius tempus durare poteſt, & uſque huc erit tumor iſte Scirrhus: ſi verò a quacunque cauſa vel in, vel externa motus humorum augetur per vaſa viva & pervia adhuc circa ſcirrhi ſubſtantiam hærentia ab eo compreſſa, facile fiet in illis inflammatio, cum ea æqualiter, & placide motos humores tantum ſuſcipere poſſint, accelerata autem circulatione a preſſione jam anguſtata obſtrui, & inflammationem ſequi neceſſe eſt, unde dolor, attritus, calor & æſtus oriuntur, qui ſunt inflammationis effectus: per obſtructum etenim vaſculum globus alias circulantis reſpondens ejusdem diametro celerius motus nunc tranſire nequit, cum diameter vaſculi per preſſionem minutus ſit, turgeſcit itaque vaſculum extra preſſionem poſitum, motus a tergo fit validus, obſtructum vero nec ulterius propelli, nec reſolvi poteſt, ex qua vaſorum diſtenſione, dolor, cum nervi

in

in his diſtribuantur, & ſimul extendantur, calor ex attritu originem ſuam nanciſcitur; ubi autem major eſt calor & æſtus a motu majori exortus, ibi facilis ad putredinem eſt diſpoſitio. Si itaque hæc putreſcere incipiant, brevi temporis ſpatio etiam ſcirrhoſa materies in cavo glandulæ a liquido omni orbata hærens putredine corrumpitur, & majorem induet acrimoniam; ſicque irritare & rodere incipiet loca, quibus incluſa eſt, ex quo dolor augetur, & ſcirrhum in Carcinoma occultum degeneraſſe denotat.

§. III.

Si itaque hæc degeneratio perſentitur, pro diverſitate conditionum malignitas major minorve, citius aut tardius peſſimæ indolis fit. Conditiones vero pro diverſitate ſcrutandæ ſunt. Ait CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS §. 493. *in quo gradus inflammationis vicinæ; acrimoniæ putridæ exceſſus in loco*

affecto, partis dignitas, glandularum nexarum numerus, & conditio; temperies totius, diversos malignitatis primæ status docet. Si enim levis tantum inflammatiuncula in partibus scirrho vicinis, vel etiam in ejus integumentis orta sit, sæpe prudenti applicatione Emplastri Blumbati, vel Aceti Lithargyrii magna quantitate aquæ diluti sedari potest. Conferatur ILLUSTRISSIM. L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 493. pag. 874. Si vero major inflammatio in Scirrhi integumentis, vel in vicinis partibus, quæ illum investiunt, orta fuerit, eo citius funestiora mala pertimescenda erunt: dixi in §. antecedenti, quod si calor, & æstus augeantur, facilis fit ad putredinem dispositio; si itaque major oriatur inflammatio, certe calor & æstus majorque attritus, ergo & celerior scirrhi putredinosa corruptio expectanda est, in qua acrimonia major fiet, & pro varietate indolis suæ plus minusve mali-

gna

gna evadet, quæ ſcirrhi ſubſtantiam in vaſis vel receptaculis adhuc hærentem putridam adeo reddit, ut vicina omnia erodere virulenta ſanie poſſit; quo plus enim virulentiæ adeſt, eo citius partes depaſcuntur, quo minus, eo tardius, & hoc quidem per gradus. Antequam autem ad hanc malignitatem perveniat, dolores lancinantes, prurientes, pungentes, calores, tumoris in majorem molem incrementum ſentiuntur, quæ ſigna diagnoſtica Cancri occulti ſunt, pro quorum diverſitate gradus putredinis inchoatæ judicari poterunt. Quemadmodum itaque diverſa malignitatis indoles ex dolore lancinante pruritu &c. augurari poſſumus, dum cancer adhuc occultus eſt, ita ex ſtillantis ſaniei fœtore, & partium vicinarum eroſione in aperto indoles putredinis cognoſcatur, oportet. Dignitatem partis Cancro occupatæ ideo prætereo, quia medicamento externo internis partibus, & vi-

viſceribus ab eo correptis, ut linguæ, faucibus, pancreati, ventriculo, hepati, inteſtinis, utero &c. mederi nequeat.

§. IV.

Glandularum igitur nexarum numero & conditioni externe ſitarum multum attendendum erit: nam, ſi glandulæ ita nectantur, ut ulterius malum ſerpere intelligatur, difficilius ſemper curatu id eſt; ſic, ſi in mamma ſcirrhus diu hæſerit & Carcinomatis ſigna adſint, etiam glandulæ ſubaxillares lateris ejusdem ſæpe ſcirrho afficiuntur, vel aliam mammam eodem malo, quod tamen non ſemper accidit, affici obſervatur, ſi tamen hoc contingat, certe difficilior erit medendi ratio; multo adhuc pejus accidit, ſi propter mutuam uteri cum mammis affinitatem idem hoc malo obrutus ſit, quanta autem uteri cum mammis communicatio, facile colligitur, ſi puerperas poſt lochio-

rum

rum fluxum retentum, vel alias etiam ceſſantibus omnino menſtruis crudelem hunc morbum invadere experientia doceat. Conſtat & ex obſervationibus medicis, quod, ſi glandulæ colli omnes induratæ ſint, etiam Meſenterii glandulæ facile afficiantur: quæ confirmat ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 493. pag. 875. dicens: *Cum inter mammas & uterum tanta affinitas ſit, ſæpe & uterus ſimili malo laborare incipit. Triſtiſſimum caſum vidit* CELEBERRIMUS BOERHAVIUS, inquit, *qui hoc confirmat* &c. *fruſtra ergo in ſimilibus caſibus cura tentatur, cum malum in glandulis communicantibus redeat.* Accidit tamen Carcinoma etiam eſſe ſolitarium, neque alias ſibi partes vicinas affectas eſſe: novi fæminam triginta circiter aliquot annorum, cujus mamma ſiniſtra carcinomatoſa fuit, quod ex dolore, & ex rubro purpureis ſtriis variegato tumore duro colligi potuit;

absque ſenſibili ad tactum ſub axillis duritie, ſed etiam novi Matronam quandam, cui extirpata fuit mamma ſiniſtra, quæ paulo poſt in dextra eodem malo afficiebatur, tandem ex vaſorum majorum eroſione hæmorrhagia periit. Quam plurima certe dantur funeſta ulterioris propagationis exempla, *ut* ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in ſupra citato §.874. clariſſime exponit dicens: *vix unquam diu ſchirrhus inſignis, & jam Cancrum minitans in mamma hæret, quin & glandulæ axillares ejuſdem lateris incipiant ſcirrhoſæ fieri.* Intelligo hic loci ergo maxime carcinomata occulta ſolitaria, quæ ſi aperta reddita fuerint, curæ dein communicandæ ſubjicienda erunt, etiamſi uterus affectus eſſet, ſufficiet enim malo externo pro poſſe ſuccurriſſe: ſi vero atra biliaria temperies, aut ſcorbutus cauſæ mali eſſent, niſi prius corrigerentur, cum ſe ſolis ſcirrhum, præcipue atra biliaria

tem-

temperies, ſic & cancrum producere poſſe pateat, fruſtranea medela foret, cum eadem latitaret cauſa, ex qua malum renaſci neceſſe eſt. Acria enim vel in corpore nata, vel per ingeſta illuc delata quieſcentem ſcirrhum in Cancrum irritando convertunt, ſicut autem ea hac ratione nocent, ſic & omnis externa irritatio per frictionem, motum, contuſiones &c. malum exaſperare poteſt: huc ſpectant evacuationes ſanguinis alias conſuetæ, menſium, hæmorrhoidum &c. ſupreſſæ, pariter & ſterilitas cauſa adducitur, cum ex plurimis obſervatis medicis in ſterilibus mulieribus non inaniter ſcirrhos ſuſpicatos fuiſſe conſtet, qui augmento & ætate in carcinoma degenerarunt, in quibus facile obſtructiones ex anguſtia vaſorum ortum ſuum habent, unde & menſium ſuppreſſio derivatur: ea ratione in ſtatu cælibi conſtitutis accidere poteſt, præprimis intra quadrageſimum

mum quintum & quinquagesimum ætatis annum, cum eodem tempore mensium fluxus cessare soleat; quod autem hoc tempore præcipue similia mala contingere ex observationibus medicis pateat, testatur ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 495. pag. 877. *adducens observationes Dionysii: quartam partem mulierum cancro laborantium hoc malo affici inter quadragesimum quintum & quinquagesimum ætatis annum &c.* de reliquis tumoribus cancrum mentientibus fungosis sine prægresso scirrho formatis hic loci non quæritur, neque de cancro in partibus internis nato.

§. V.

Hinc signa Cancri occulti recensenda sunt, si enim scitur scirrhum prægressum esse, & in hoc, quod prius factum non est, advertitur titillatio, signum est, eum mox in Cancrum mutari, cum nervi scirrhi substantiam per-

cur-

currentes leviſſime tendantur, vel irritentur, ſi hæc tenſio augeatur, ſequitur pruritus, ſi vero hæc ita aucta fuerit, ut eorum diſſolutio minitetur, dolor fit, accedit dein calor & rubor, quæ peſſima inflammationis ſigna ſunt, in vaſis vitalibus, vel in ipſo ſcirrho, vel in ejus integumentis, vel in vicinis partibus diſperſis; calor enim & rubor inflammationis effectus ſunt, ut §. Imo expoſui, & ſic calorem facillime ad putredinem diſponere, quæ moleſtum ejus ſenſum creat. Si tamen ſolum dolor lancinans, neque continuo, neque brevi recurrens obſervatus fuerit, neque ſcirrhus quacunque ex cauſa irritetur, per longius tempus adhuc ſcirrhus manere poteſt; ſi vero ſæpius aut fere quotidie talis recurrat, aut pruritus, aut dolor punctorius ſe inſinuet, pejus portendit malum, cum ſignum ſit Cancrum in exulceratum tranſire; peſſimum vero eſt, ſi dolor urens vivi ignis in-

ſtar

ſtar accidat, indicatur enim integumenta occulti carcinomatis ſucceſſive diſtrahi, & ab aucta acrimonia erodi, uti §. Imo dixi, ſicut ergo diverſi dolorum gradus minus majusve malum eſſe, ita & color varius plus minusve mali ſignificat: rubellus enim levem, ruber majorem, purpureus maximam inflammationem, & jam inchoantem putredinem denotat: reliqui colores longe adhuc funeſtiores ſunt. Ut notat ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. 497. pag. 881. dicens: *Ubi autem attenuatis jam, & erodi incipientibus integumentis Cancri ſubjecti color transparere incipit, primo Cæruleus apparet, aucto malo lividus, & cum jamjam exulcerabitur, per tenuem adhuc pelliculam, Cancri ater color conſpicitur.* Quamdiu igitur cancer in propriis ſuis tunicis continetur, & in apertum nondum degeneravit, ſumma adeſt ejus durities, & quo major ea eſt, eo plus

mali

mali portendit; quam primum vero exulceratus eſt, & materia corrupta per eroſa integumenta protuberare inchoat, prurities tanta non eſt, & ſuperficies inæqualis cum nodoſis eminentiis aſpera & prærupta conſpicitur, & ubi in integumentis diſtractis & eroſis minor eſt reſiſtentia, apex prominet, in qua parte fit plerumque exulceratio, nam reſiſtentia imminuta ſolidorum vim magis activam liquidis concedit. Scirrhus itaque, ſi adhuc benignus ſit, plurimis annis absque magno molis augmento eſſe poteſt; ſi autem jam in Cancrum degeneret, tumor in immenſum elevatur, quod eo celerius obtinetur, dum perverſa medela ſcirrhus irritatur, & tunc ab hac mole vicinæ venæ ita comprimuntur, ut diſtentæ ſanguine horrendæ conſpiciantur, & Cancri animalis figuram referant, ut in §. Imo dictum eſt. Obſervatio quidem docet, quod in hydropicis & gravidis abdomi-

nis

nis venæ turgeant, verum, cum ab æquabili tumore ſubtus exſiſtente complanentur, majores quidem, non vero varicoſæ admodum, quam in Cancro apparent, quia in eo prærupta, & ſcabra inæqualis pro diverſitate locorum ſuperficies plus vel minus comprimere ſolet eadem, & hæc ratio eſt, cur chelarum Cancri venæ ſimilitudinem referant. Jam, ut ad metam perveniam, huc uſque cancer occultus fuit, ſi vero integumentorum poſt enumeratos paulo ante effectus eroſio & ſaniei transſudatio ſequitur, cancer apertus, ſeu exulceratus audit, de quo quæſtio hic eſt.

§. VI.

Differt vero hic ſolum a priore in eo, quod in hoc tenuis acer ichor quaſi tranſſudando, quod in priori adhuc non fuit, exprimatur: Differt itaque definitio inter Carcinoma occultum & apertum, uti inter ſcirrhum, & Cancrum

oc-

occultum, ſcirrhus enim indolens eſt, Carcinoma occultum majori tumore ſimul elevato dolens, apertum vero non tam durum quidem, ſed extremum in modum dolens & ichorem putredinoſum vel tranſſudans, vel ex eroſis partibus explorans, ex quibus omnibus colligi licet primas ſemper remanere cauſas, etſi illæ nunc magis remotæ factæ ſint. Patet itaque, ut dictum fuit, ex occulto Cancro oriri exulceratum, ſed non eodem modo, ut in aliis tumoribus exulceratis contingit, in iis ex ſimul & ſemel ruptis integumentis pus in copia effluit, hic vero ſenſim ichor tenuis acer vel per attenuatam cuticulam tranſſudat, vel ex cute excoriata exit, dum ſummo cum dolore eroſa eſt, tandem per apertum, ut fas erit dicere, ulcus Cancer ſucceſſive exprimitur. Dixi ulcus, cum vulnus recens non ſit, neque ſubitanee, neque ab externo inſtrumento lædente acci-

derit, quo vero modo cancer à primo exordio gradatim decurrat, pro viribus dictum esse censeo: *Videatur* CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS. §. 499. Totus igitur hic decursus tumori, ex eo vasorum pressioni, ex his putredini acrimonia sua ambientia rodenti, vicina exedenti &c. attribuendus erit: ex tumore enim vasa ad Cancri margines circa totam ejus superficiem posita, & in ejus substantia distributa vitalibus liquidis ad transfluxum adhuc patula continuo atteruntur ob inflammationem & circumductorum velocitatem; si continuus itaque vasorum est attritus, ea rumpi necesse est: remanebunt contenti in his humores, & putrescent, cum benigna suppurationis spes nulla affulgeat, hinc nulla corrupti a benignis separatio. Hæret enim per longissimum temporis spatium in glandulis scirrhus a coagulato liquido, donec in majorem molem a compressione ortam excre-

scat,

ſcat, ubi circulaturi motus non tam validus eſt, ut reſolutio ſperari poſſit, unde patet putredini tam funeſtæ viam ſterni, adeoque benignum pus parari nequit; quare nec ſpes ſupereſt benigni a mortuo ſeparationis: ſunt enim in Cancro etiam mortuo percurrentia adhuc vaſa viva & nervi, qui liquidum ſuſcipiunt, quod ex dolore patet; ſi enim totum mortuum eſſet, nullus perſentiretur dolor, & non tantus eſſet bonorum humorum ad parandam ſaniem affluxus; nunquam itaque hoc malum tolli poteſt, niſi pars mortua auſſeratur, vel vaſa viva eo diſponantur, ut communicatio cum reliquis impediatur, & mortua etiam reddantur, quod in Cancris minoribus fieri poterit, ubi corroſivis ſimul & ſemel totus cancer deſtruitur, quo facto benigna ſuppuratione ſequente mortuæ a vivis partibus ſeparari poſſunt. Quod confirmat ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in

Comment. §. 499. pag. 884. dicens: *Sic parvo, ſed maligno tumore in naſò externo laborantem verbi divini Miniſtrum curavit* CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS, *dum acerrimo vitrioli oleó eroderet totum ſimul & ſemel. Ait ulterius* pag. 885. *de Helmontio narrante, quod vir quidam in tractu juliacenſi Cancrum unumquemque ſanabat, inſperſò pulvere indolente, atque tum demum Emplaſtro incarnante ſanabat. Nenterus* in prognoſi Nro 4to pag. 271, dicit: *Dantur tamen ſelecta, & appropriata remedia, quibus absque auxilio Chirurgico uterque Cancer tolli poteſt, ſicut nuper demum Cancrum labiorum exulceratum in viro, & mammarum in fæmina plus quam ſexagenaria ſub noſtra medicatione feliciter curatum fuiſſe adhuc dum gaudemus.* Et paulo poſt in methodo medendi inquit: Nro 5to. *In Cancro jam exulcerato præter nominata exquiſitiſſima, & ſelectiſſima, quorum effectu jam certi ſumus, cor-*

ro-

rosivum scil. liquidum D. Kortholti & Balsamum vulnerarium ejusdem externe in usum trahantur. Ulterius Nro. 6to: *Aut si hæc desint, auxilium Chirurgicum per sectionem est invocandum &c.* Si ergo CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS per corrosiva, etsi minimus Cancer fuerit, eum curaverit, si Nenterus se ipsum absque manu chirurgica in auxilium vocata Cancros curasse affirmat, & D. Kortholdi liquidum corrosivum, quod quidem celavit, extollat, si Helmontius de viro unumquemque Cancrum sanare potuisse, posteris reliquit, non inficias ibo, si medicamentum nostrum pluribus experientiis firmatum, ut dein dicetur, sincero calamo publico communicem, quo mediante mortuum a vivo separari posse experientia docet; quod externe applicatum crustam in labiis fungosis Cancri tamdiu format, donec omne mortuum separatum sit, hoc autem fieri posse confirmat Ipse ILLU-

STRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 499. adducens Celſum L. V. Cap. 28. pag. 316. his verbis: *Pulcherrime hunc erodentium medicamentorum uſum notavit Celſus, dicens: ſequitur enim ſub medicamentis erodentibus cruſta, quæ undique a viva carne deducta trahit ſecum, quidquid corruptum erat; purusque jam ſinus curari poteſt implentibus.* Si igitur propria experientia edoctus ſim, quam veteres jam noviſſe autoritate probatur, ut Celſus eodem Libro, capite & pagina ulterius affirmat, dicens: *Quodcunque vero medicamentum impoſitum eſt, ſi ſatis proficiet, protinus a viva corruptam partem reſolvet*: dixit, ſi ſatis proficiet: hæreo hic quidem anceps, quid dicere velit, verum cum tempus longius eum ad neceſſariam curam ſubintelligere autumem, vel quod non ſola externa ſine internis aſſumptis proficiant, dubitaverit, omne me deſeruit dubium & anxium hæſitandi argumen-

mentum, tum quod longiori tempore externo medicamento uti neceſſe ſit, tum, quod ſimul internis miſeris proſpici debeat, quod ſuo loco dicetur, pœna dignum me cenſerem, ſi hoc innotum hactenus ſecretum publico celarem.

§. VII.

Breviſſime itaque ea, quæ in cancri adhuc hiſtoria recenſenda ſunt, attingam. Dixi, quod ſi totum mortuum eſſet, & vaſa viva nulla amplius in mortuo eſſent hærentia, nullus etiam perſentiretur dolor, & ſeparatio mortui a vivo eſſet ſuperflua, neque tantus eſſet ſaniei affluxus, quæ quidem per vaſa adhuc viva non adfertur, ſed hic naſcitur, ut in priori §. dictum eſt, quia etiam optimi humores huc allati corrumpuntur, & in talem abeunt, quæ tamen in principio exulcerati non tanta eſt, ſed tempore diutius protracto ſemper pejoris indolis evadit, & de-

mum tam infenſa ſit, ut omnia inſtar aquæ fortis linteamina corrodat. Quid igitur mirum! ſi partes adjacentes vivæ adhuc ab ea ita afficiantur, ut in tetram putrilaginem ſimul abire cogantur. Cujus rei veritatem munit authoritate ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 499. pag. 885. circa finem dicens: *Videtur autem liquidum, ad Cancrum delatum ipſo in loco degenerare, & malignam indolem acquirere, quamvis antea mite fuerit.* Paulo poſt enumeratum caſum inquit: *Unde non ſtatim in cancro exulcerato acerrima talis ſanies exit, ſed ſenſim creſcit ejus malignitas quotidie aucta putredine.* Ex quo colligitur me verum dixiſſe, quod non ſtatim in principio exulcerationis tam acris ſanies ſit, ſed tempore generetur, & quod in ſanguine, qui adfertur ad glandulam, nondum lateat, ſed, quod hic loci fiat advecti corruptio: ut ulterius affirmat dicens: *Videmus*

au-

autem & in aliis morbis fluida in quibusdam locis corporis hærentia, & ab humorum ſanorum indole degenerantia in ſuam naturam corrumpere allata liquida. Et pag. 886. *Ex quibus omnibus videtur patere, cancroſam maſſam putrefactam affluentes humores quamvis optimi fuerint, in ſimilem malignitatem convertere.* Quod autem ſanies tam acris & rodens, ut dixi, tempore evadat, confirmant paulo poſt adducta Helmontii aſſerta, inquientis: *Vidi lintea loco cancroſo applicata, ſanie hac madentia, penitus exeſa, æque, ac ſi Aqua Forti tacta fuiſſent.* Facile itaque, ſi talis ſanies lintea corrodit, partes vivæ antehac compreſſæ adjacentes ex cancroſa materie erodi poſſunt, quare nullum ſupereſt dubium, quin & in ambitum, & profundum hoc malum ſerpere poſſit; cum, ſi illius pelles rumpantur, profundum petit, & ſic ſuas radices explicare poteſt, quibus vicinis fortiſſime adhæret.

 Etiam-

Etamſi itaque talis, qui pelle amplius non perfecte involutus eſt, extirparetur, crudelem renaſci poſſe verum erit, cum radices in profundum egerit. Si vero incluſus hæreat ſuis pellibus, & juxta externa erodat integumenta, labia tumida, dein retorta & aſpectu horrenda fungiformia apparent colore cineritio, flavo, & nigro; pars enim maxima cancri eſt mortua, & fovetur partim a calore partium ambientium, partim a libero aëris acceſſu, qui ad putrefactionem celeriorem multum contribuit, ut in carnibus eidem plus minus calido expoſitis obſervare licet. Diverſi interim colores diverſos etiam putredinis gradus ſignificant; cineritius malus, pejor lividus, niger autem peſſimus ideo obſervatur, quia ſummam eſſe putredinem indicat. Quo major itaque gradu putredo, eo plus apta eſt erodendi vaſcula; ſi ergo vas majus ab ea eroditur, lethalem ſequi hæmor-

morrhagiam necesse est, maxime, si profundius serpere possit. Forte igitur vili mea rei contemplatione potius cancer occultus, si nulla amplius spes sanationis superest, in apertum mutandus erit, primo ne in profundum, & in ambitum ampliorem radices expandere queat, secundo ut ejus virus citius, & activa, pro dolor! funesta mortalibus virtus aufferri possit. Certum etenim est acrioribus occulto cancro applicatis citius eundem in apertum mutari, quæ hoc evincere possunt, qua de causa ab omnibus suadetur nullum esse applicandum medicamentum, quod jam Ovidius 2. de ponto innuit:

Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,
Non contrectari tutius esse puto.

Ob pessimam ergo hujus mali conditionem inquit HIPPOCRATES L. VI. Aphor. xxxviij. *Cancros occultos habentes*

tes melius est non curare, curati enim cito pereunt, non curati vero longius tempus perdurant. Voluit ille hic medicamenta localia, vel ad ſuppurationem, vel reſolutionem juvantia intelligere, cum non tantum per virulentiam aperti & exulcerati virus augeatur, quo mediante reliquæ partes affici, quæ ei proximæ ſunt, poſſint, verum etiam vaſa vel in eo diſperſa, vel circa illum poſita, majora nempe erodi, ut lethalem hæmorrhagiam ſequi neceſſe ſit. Dixi vero, ſi nulla ſpes ſanationis cancri occulti ſit; ſi ergo citius, talis, ubi ſpes nulla eſt, mutetur in apertum, elevabitur potius ſurſum verſus, & partes in ambitu illi adjacentes, & in profundo ſitæ liberiores fient, neque radices ſuas in profundum explicare, ſi pelles ejus non rumpantur, poterit. Affirmat hoc ILLUSTR. L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 501. pag. 891. dicens: *Quo enim diutius duraverit*

raverit malum, eo pejor, cæteris paribus, eventus, cum tunc aliquando periculum ſit, ne inferne cancer malignas radices vicinis partibus infixerit. Et ſic etiam cruciatuum finem citius obtineri poſſe judico, tum ideo, quod citius medicamento poſtea enumerando auxilium ferri poſſit, tum ideo, quod etſi dolor, ſiniſtra, ut ſuſpicari licet, arte augeatur, arte etiam dextra, ne miſeros tam diu affligat, citius profligetur, cum medela in promptu ſit. Verum quidem eſt, quod ex doloribus, ab irritatione & vellicatione nervorum pendentibus lipothymiæ & quandoque convulſiones oriantur, quæ tamen tantum periculum, cum vires adhuc ſuppeditent, non minitantur, quam ſi illæ ex magnis hæmorrhagiis originem habeant, dum corpus viribus omnino jam deſtitutum eſt, quæ tunc accidere poterunt, dum cancer occultus ſibi relinquatur.

§. VIII.

§. VIII.

Intelligo tamen hic loci tale corpus, in quo ſanguis, & reliqui humores ita ſunt conſtituti, ut in corporibus ſatis ſanis eſſe ſolent, dum eorum indoles a Cacochymia non eſt nimium depravata; ſi enim ea prædominatur, neceſſe eſt omnes humores mutare in benignos & homogeneos; ſic, ſi diatheſis ſcorbutica adeſt, corrumpuntur humores, ſic ſi atra bilis prævalet tenacitate ſua, longior & dubia erit medendi ratio, ſi ea prius non corrigatur, antequam ſcirrhus in Cancrum mutatur; etſi enim ille cum radicibus ſuis medicamento extirpari poſſet, tamen cauſa in corpore lateret, quare malignos hos humores per congrua medicamenta ab heterogeneis liberare oportet, quæ hic adducere nequeo, ne longius in ſcribendo excurram. Nam ſi Cacochymia ſibi relinqueretur, quæcunque talis ſit, nulla ſpes ſanationis eſſet, cum cauſa

in-

intacta relinqueretur, quod confirmat CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS §. 503. dicens: *Cancer magnus &c. in corpore simili cacochymico ad Cancrum composito, aliis jam Cancris in eodem corpore sociatus, nec ferro, nec medicamentis tangendus est.* Et ideo, quamvis in tractatu hoc nulla de extirpatione Cancri mentio fit, tamen corpus a succis pravis liberandum est, ne causa Cancri continuo latitet, quæ pluribus ansam præbet. Annuit in hæc ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 505. his verbis: *Omnium optimum est, modo aliquam patiatur moram ferox malum, apta medela tollere prius causam Cancri, antequam extirpatio instituatur.* Et in Comment. §. 507. Nro. II. pag. 898. dicit: *Nihil magis nocet Cancro, quam humorum acrimonia &c. sedulo ergo inquirendum est, an hæc adsit, & qualis? & deinde per idonea remedia singulari acrimoniæ cognitæ opposita hæc emen-*

da-

dari debet. Ad quæ obtinenda levia purgantia & acrimoniam præſentem in corpore corrigentia danda erunt, ex quibus eminent Decocta ex Radicibus Bardanæ, chinæ nodoſæ, ſcorzoneræ, Cichorei, Zarzæparillæ, Graminis, Polypodii, &c. Infuſa Agrimoniæ, Fumariæ, Betonicæ, Florum Altheæ, Malvæ, Verbaſci, Sambuci, Papaveris rhæados, ſummitates Pini, &c. diluetur etenim per hæc ſanguis, & leviter attenuantibus & obtundentibus corrigentur humores. Et acrimonia noxia, & humores deſtruens, ſicque a natura ſua homogenea degenerare cogens mutabitur, & vel per urinam vel diaphoreſin ex corpore expelletur: cui ſcopo etiam ſales ſubalcalini optime adnumerantur, ut eſt ſal polychreſtus, cujus acre, & ſimul alcalinum per vaporem acidi vitriolici ex accenſo ſulphure immutatum eſt, qui reſolvit, & leviter alvum movet, cui accenſeri

non

non incongrue poſſet ſal mirabilis Baadenſis, de quo anno 1763, dum tractatum de thermis iisdem conſcripſeram, ejusque virtutibus mentionem feci, cum prior ex alcali nitri & acido vitriolico, hic vero ex terra Alcalina ſalis communis, & eodem acido vitriolico per totum tractum in ſcaturigine diſperſo conſtet. Præter hæc, ut cura eo citius, eo facilius abſolvatur, omni laude digniſſimum per experimenta ſatis confirmata notum Cicutæ extractum in uſum vocandum eſt. Cibus ſit eupeptus, ut dicit CELEBERRIMUS BOERHAAVIUS Sect. 490. Nro. IV. *Victus eſt ex lacte recenti &c.* non vero Acria, Aromatica, Auſtera, ſpirituoſa, quæ motum velociorem cauſare poſſunt, eligenda ſunt, ſic & cibi difficilioris concoctionis locum non habent: ſi ſymptomata graviora dolorem augentia urgeant, narcoticis ſuccurrendum eſt, quorum in cenſu eſt ſemen Papaveris, vel in juſculo coctum, vel in emulſio-

nem redactum, vel ipsum opium in convenienti dosi ad grana propinatum, quod nihil aliud est, quam succus Papaveris Asiatici. Cæterum, etsi ab externa causa, ut compressione, contusione, &c. Scirrhus in Carcinoma mutatus, ortus fuerit, qui facilior curatu est, tamen in victu & medela pergendum erit; cum attenuatio humorum semper sit necessaria, non difficiles vero in continuatione diætæ miseri erunt, cum malum hoc, & cruciatus experiantur, quo vero modo iis juvamen ferri possit medicamento externe applicando inferius dicetur. Est quidem hoc ex acerrimis menstruis confectum, quæ tamen arte in corpus medium transmutata sunt; est etiam satis dilutum, ut optatum effectum præstare queat, sicut monet Nenterus in cautelis suis practicis Nro V. dicens: *Omnia etiam corrosiva, nisi maxime cicurata fuerint, perversum semper edunt effectum.* Satis itaque

que paucis his de ſcirrho, carcinomate occulto & aperto dixiſſe mihi videor, ulterius ad dirum & huic in cruciatibus perpetiendis fere non abſimile malum eodem medicamento curandum properare fas erit. Quare ſit

CAPUT II.

De Spina Ventoſa.

§. I.

Dum de ea neceſſaria dicere animo conſtitui, experientiis edocto eodem medicamine miſeros hoc morbo afflictos variis, & in- & externis fruſtra tentatis per longius tempus doloribus vexatos feliciter reſtitutos fuiſſe, eo facilius, eo jucundius ſcribendi ſupereſſe argumentum autumo, quo certius experientias meas authoritate ſuffultas a CELEBERRIMO BOERHAAVIO optata mihi fortuna cernere con-

tigit: Dicit enim Ille immortali monumento dignus Vir §. 512. *Ipsâ ossa patiuntur similes iis, quos hactenus in mollioribus partibus descripsimus.* Est autem Spina Ventosa ossis maxime circa Apophyses corruptio ab acri in ipsa medulla nato originem ducens: Differt a Carie ossium, quod in hac exeso periosteo externo os corrumpatur, in Spina Ventosa vero cellulis internis a sanie hic nata consumptis, periosteo interno ossis eroso id ipsum afficiatur, de quo videatur ILLUSTR. L. B. VAN SWIETEN in Comment. 526. pag. 920. *Adeoque ossis corruptela in parte interiori ossis primo incipit &c.* Paulo post: *Ubi vero ossis corruptela in exteriori parte incipiens versus interiora pergit, licet tandem ipsam medullam etiam inficiat, caries ossis vocabitur.* Quod vero Spina Ventosa maxime in Apophysibus accidat, ratio est, cum in iis substantia ossea tenerrima sit, & inter eas vesiculæ medullo-

sæ

ſæ hæreant, quibus ſanie corruptis lamellas oſſeas ab utraque parte poſitas citius attingi poſſe videtur: Dixi maxime in Apophyſibus, cum & in mediis oſſibus malum hoc contingat. Oritur autem à ſtagnatione olei in cellulis medullofis oſſium, dum hujus motus à quacunque cauſa impeditur, ſtante ergo hac ſtagnatione, nec articulos hujus partis, ubi facta fuit, nec interſtitia lamellarum oſſearum lubricare poterit, cum ex minimis his veſiculis ad loca neceſſaria libere afferri nequeat. Quam facile itaque hoc à ſuæ oleoſæ tenacitatis natura deflectat, & in ſaniem putridam degeneret, ex hoc ſatis patet, quod blandiſſima pinguia ſponte in ſummam acrimoniam mutentur, præcipue, ſi acceſſus aëri libero concedatur, quod quidem hic fieri nequit, cum molliora extra os poſita integumentis involuta idem ab aëre defendant, hinc etiam tam ſubitanea non fiet corruptio cellu-

losi olei. Interim tamen, cum stagnans hoc oleum medullosum remoretur in vesiculis, & calor internus ab adjacentibus partibus adsit, facile in acrimoniam talem saniosam, vel citius vel tardius convertitur; quod autem calor maximum ad corruptionem tribuat[f], videmus, si Butyrum recens tempore frigido aëri libero exponatur, nulla sequetur corruptio, si vero calido vel tepido tantum expositum sit, citissime corrumpitur. Calor itaque vitalis & remora stagnans in vesicula oleum in similem convertunt, & deinde medulla valde prona est ad corruptionem, ut confirmat ILLUSTR. L. B. VAN SWIETEN §. 526. pag. 917. *Calor autem vitalis stagnans illud oleum cito putrefaciet in primis cum ex propria indole medulla admodum prona sit in putredinem.*

§. II.

Ex his sequitur atrocissima hic oriri mala, si contempletur tenerrima vaso-

ſorum & partium hoc oleum ſecernentium, colligentium, & deducentium ſtructura, ſi enim arteriæ per ſubſtantiam oſſis in medullam perveniunt, tunicam ſuam calloſam amittunt, hinc valde molles & pulpoſæ evadunt, ita quidem, ut ſine omni difficultate in liquamen oleoſum conteri poſſint, multo magis in ſaniem acerrimam degenerare: Quod fit, ſi hoc oleum in veſicula ſtagnat, corrumpitur, erodit illam & partes ſibi vicinas, & ſic has irritando inflammationesque cauſando ulterius ſerpit. Quemadmodum enim ichor in cancro vicinas partes corrodit, ex qua corroſione & preſſione vaſcula vicina corripiuntur, ita & hic eadem accidere poſſunt, quia tam parum in ſpina ventoſa bona & laudabilis fit ſuppuratio, quam in cancro, cum ſaniei indoles, ſicut in eo, acerrima ſit, & ex oſſe educi nequeat; hinc, etſi pus hic loci colligeretur, deberet attenuari &

in talem ſaniem putridam converti. Si ergo hæc ſanies ſemper magis acris fit, corrodit veſiculam, in qua ſtagnavit, dein membranam medullæ externam, deſtruet pariter perioſteum internum, & oſſeam à perioſteo ſpoliatam ſubſtantiam erodere inchoabit, quod autem citius & ſæpius in Apophyſibus oſſium contingere ſoleat, ſuperius dixi: ſi dein oſſea hæc ſubſtantia interna deſtructa ſit, ſanies hæc afficit etiam lamellas externas oſſis, inter quas ulterius ſerpere poteſt, usque dum oſeroſum ſit. Patebit facile, quantis miſeri, ſi vaſcula viva & ſubſtantia perioſtei interna deſtruitur, doloribus vexentur, qui ex inflammatione oriuntur, hinc ſentiunt dolores punctorios pertinaces, pulſationes, calores, qui inflammationis effectus ſunt, ut ſuperius in §. primo de carcinomate dictum eſt. Si vero perioſteum externum corrupto & exeſo oſſe afficitur, magis

au-

augentur dolores, & ad tactum exacerbantur adhuc molestius, qui prius non adfuerunt, dum periosteum externum a sanie adhuc illibatum fuisset. Nam, etsi fortior pressio externa facta fuerit, hostis latebat in osse, & ab externis mollioribus impositis, & ipsa dura ossis substantia tuebatur medulla, quo minus affici, & pressiones externas sentire potuerit: quamprimum vero periosteum affectum est, partes molliores supra hoc positæ tumescere incipiunt & ipsius ossis tumor observatur, quo facto signum est periosteo externo corrupto ulteriorem sibi saniem parare viam, quod fieri nequit, nisi os & periosteum externum destructum sit, cui acrimoniæ infensæ tanquam causæ cacochymia, scorbutus, in junioribus rachitis, & forte lues venerea vel contracta, vel hæreditaria ansam præbent: noscuntur & causæ externæ, nempe fortior contusio & ossium fracturæ, ex qui-

bus etiam medulla affici poteſt, uti authoritate ſuffulcit ILLUSTRIS. L. B. VAN SWIETEN §. 526. pag. 919. dicens: *à validis tamen contuſionibus & fracturis oſſium lædi poſſe medullam nullus dubitat.* A quacunque igitur cauſa vel in- vel externa malum originem habeat, ſi partes molliores ſanie hac fere inextinguibili erodantur, & prægreſſa inflammatione, in gangrænoſam corruptionem mutentur, eroſis omnino partibus & vaſculis in mollioribus extra os poſitis à tumore diſtendetur, & rupturæ fiet proxima cutis, quæ accidet, dum ea à tumore omnino tenuior reddita ſanie eroſa aperietur, & ulcus naſcetur, ex quo primo pus extillans obſervabitur, dein vero ſanies ſequetur. Quid igitur bonæ prognoſis ſperandum eſt, ubi ſanies omnia corrumpens & depaſcens adeſt? præter dolores intolerabiles ſufferendos nihil, nulla enim in cavo oſſis hærentis cor-

rupti olei abſterſio poſſibilis, neque via ſufficiens patet, qua exitus paretur, hinc ſemper acrius hoc medulloſum oleum vicinas afficiendo cellulas fieri ex remora & calore neceſſe eſt, quod deſtructis continuo veſiculis & per oſſis lamellas ulterius ſerpens idem lamellatim ſecedens reddit, quod aſperitate ſua & pondere teneram medullam ita afficiet, ut inflammetur, & eadem, de quibus dictum fuerat, denuo efficiat. Uti affirmat ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 528. pag. 921. dicens: *Præterea, ſi oſſis interna ſuperficies ab acri hac Sanie eroſa fuerit, corrupti oſſis partes, quamvis a ſanis & vivis partibus ſepararentur, hærerent in medio oſſis cavo, & mole ſua & aſperitate teneram medullam læderent, ſicque nova producerentur mala.* Certe, quam dira ex hoc morbo producta mala ſint, experientiæ medicæ ſatis docent, etenim dolores intolerabiles, miræ

oſſium

offium degenerationes, febres ex irritatione ab acri, mors denique ipfa fequelæ fuerunt funeftiffimæ.

§. III.

Ne igitur funefta hæc enumerata accidant, ftudendum eft, ut præter fecretum mox enumerandum medicamen externe applicandum indicationibus correfpondentia interne etiam affumantur, ideoque invigilandum erit an Cacochymia, & qualis caufa fuerit? an Lues venerea præcipue in infantibus hæreditaria malo anfam præbuerit, vel an illud ex fortiori forte contufione, ut fæpe in femiluxatione V. g. à cafu, qui parentibus celatur, contingere folet, originem ducat: dixi præter fecretum mox enumerandum &c. cum tantum de ea Spina Ventofa curanda hic agatur, in qua tumor incumbentium partium fponte apertus eft, ut de Carcinomate dictum fuit: Nam fi apertus nondum eft, externe nihil applicandum effet, quod

fana-

ſanaret, cum via nulla adhuc ſit: ſi enim malum in cavo oſſis adhuc latet, & hoc partim ex ſignis, partim ex Cacochymia indagata patet, aliam medelam in uſum vocandam eſſe, certum eſt, quæ ut obtineri poſſit. Conſulatur ILLUSTR. L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 529. uſque §. 531. à pag. 921. uſque pag. 926. ſi vero ea ejus ut dixi indolis ſit, indicatur, ut ſanies detergatur, & à ſua maligna corrumpente acrimonia liberetur, ad quod obtinendum Decocta leviora pro potu ordinario ex Ligno Juniperino, Saſſafras, Bucci, Quajaci &c. proficua erunt, inter quæ tamen eminet Lignum Quajacum, quod vero raſum ſit, cum dura nimìs ejus ſubſtantia aquam eludat, quare parva quantitas ſalis Alcalini cujusdam, ut V. g. Tartari addi ſolet, ut aqua penetrare poſſit, & ita fiet Decoctum levius, ſi reſina ultimatim per additum ſpiritum vini non extrahatur, pro

potu

potu ordinario. Exſtat talis formula, ſed reſinâ jam extractâ per ſpiritum, quod unum mihi videtur in materia medica, & Remediorum formulis CELEBERRIMI BOERHAAVII pag. 312. Sect. 529. Nro. I. dum de Decocto raſi Ligni Quajaci agit, dicens: *Super reſiduo Decocti novæ Aquæ ℔ viij. affuſæ ebulliant per quatuor horas &c. Utatur pro potu quotidiano.* Dixi unum mihi videri, an Reſina extracta ſit, nec ne. Ratio hujus eſt, quod, etiamſi adhuc inſit, aqua eandem reſolvere nequeat, cum tantum ſpiritus menſtruum ejusdem ſolvens ſit; hoc ſuppeditabit in junioribus ſerum lactis, vel ſi Diatheſis ſcorbutica, adſit decoctum ex Radice Scorzoneræ, Zarzæparillæ, Chinæ nodoſæ, Fœniculi, Graminis, Liquiritiæ &c. parari poteſt, arridet tamen levius Decoctum ex Raſura Ligni Quajaci ad gratum ſaporem conciliandum Paſſularum minorum, ſi idonea quantitas adjecta

fue-

fuerit, uti & in fine coctionis de his radicibus quidquam addi ad libitum potest; sæpius præterea præcipue in initio purgans propinetur, V. g. ex Diagrydio, Radice Jalappæ pulverisata, in Junioribus cum quodam syrupo, V. g. Florum Acaciæ, Florum Persicorum &c. in Electuarium redactum, in magis provectioribus Resina Jalappæ cum Diagrydio: Stibio Diaphoretico non abluto, vel etiam ubi suspicio quædam hæreditarii, aut contracti mali venerei est, Mercurius dulcis cum Diagrydio, ut exstat in CELEBERRIMI BOERHAAVII *Materia medica & remediorum formulis* Sect. 507. Nro. II. vel etiam Extractum Catholicum in robustis addito ad grana aliquot Mercurii dulcis & Resina Jalappæ in Pillulas redactum, in usum vocari possunt, his vero medicamentis per longius tempus ab initio frequentius V. g. omni septimana, deinde vero remissius continuari debet, do-

nec

nec malum cesserit, quod ex tumore concidente & remissione symptomatum innotescit, longiorem ergo malum hoc, usque dum extirpatur, curam exigit. Quod clarissime exponit ILLUSTRISSIMUS L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 530. pag. 925. dicens: *Sic vidi aliquoties successisse curam, postquam per plures menses similia adhibita fuissent.* Debet itaque ideo continua saniei acerrimæ fieri detersio, & ad alias partes derivatio, quæ tamen eo minus nocebit, quo magis totum corpus diluentibus & detergentibus impletum est, nam etsi massæ sanguineæ communicata fuerit saniei pars, infringunt hæc ejus acrimoniam: Quod parvuli non tam copiose bibant, verum quidem est, sed cum in iis teneriores sint vasorum texturæ, & facilius tubuli ad excretionem prompti sint, per assumpta talia vel urinæ excretio, vel transspiratio augebitur: sive ergo unum alterumve fiat,

ſanies ab aſſumptis diluta ſimul cum ſecretis humoribus in locis ſuis aptis excerni e corpore poterit. Ex his mihi videtur ſatis illuceſcere, cur Medicamenta ſuperius recenſita diutius continuanda ſint.

§. IV.

Si vero malum ita increverit, ut majorem partem medullæ infecerit, & vaſa ſana ad eam tendentia ab hac ſanie eroſa ſint, quæ humores ad diluendam & detergendam acrimoniam ad locum affectum ferre deberent, pejus eſt, ſed tamen, cum medicamenta interne ſumpta hac virtute polleant, ut ſaniei virus per vivum forte adhuc vaſculum ad ſanguinem reductum cicuretur, continuari debent, ut in vivis adhuc adjacentibus partibus medulla diluatur, & deterſio fiat: ſic præter uſum medicamenti externi etiam internis proſpicietur, ut facilior mali a bonis fieri ſeparatio, & ſaniei ulterior progreſſus

impediri, si ex apertura effluere cogatur, possit; quod certe fit, sicut & ossa corrupta per hanc exeunt. Verum, dum tota medullæ substantia simul, ac omnia vasa ad eam ducentia, & ab ea revehentia integri ossis ab acerrima sanie destructa est absque eo, quod ipsa ossis substantia esset adhuc corrupta, per applicationem medicamenti externi malum profligari nequit, cum via naturalis ad effluxum Materiæ saniosæ non pateat. In quo casu quid agendum necesse sit, consulatur ILLUSTR. L. B. VAN SWIETEN in Comment. §. 530. pag. 925. Hic enim loci de cura Spinæ Ventosæ tantum sermo est, in qua os corruptum, & integumenta aperta sunt: neque de ea agitur, ubi fere integra ossis substantia, vel Apophysis integra erosa est, ut aspectu horrendæ duæ depictæ tabulæ exstant apud *Cornelium Triven in observationibus medico-chirurgicis* Tab. VI. & VII. Quemadmo-

modum vero medicamenta continuanda eſſe ſuperius dixi, ita & de victus ratione mentio fiat, neceſſe eſt; hæc itaque ſint talia, quæ Eupepta dicimus. De quibus in §. VIII. capitis primi dixi adducens autoritatem CELEBERRIMI BOERHAAVII de *materie medica & remediorum formulis* Sect. 490. Nro. IV. *victus eſt ex lacte recenti, lacte ebutyrato & ſero lactis, ex jure carnium quarumcunque recentium de quadrupedibus & volatilibus, ex frumentaceis, avena, hordeo &c. ex oleribus, ex fructibus mitibus, maturis, ut Portulaca, Pruna Sylveſtria, Pyra, Auſtera &c.* Sect. 28. Nro. IV. *ex hordeatis Panatelis &c. Potus eſto Decoctum ex Radice Chinæ, Zarzæparillæ &c.* videatur & Sect. 35. Nro. I. præterea convenient carnes animalium juniorum, olera molliſſima, ut lactuca, Cichoreum, Portulaca, fugiantur econtra cibi auſteri nimium, terreſtres, ſicci, uti & carnes, piſcesque

fumo, ſale, & aëre indurati, Fabæ, Piſa, ſicut etiam Farinoſa cruda non fermentata omittenda ſunt; cum facile viſcera lentore inſuperabili infarciant, præcipue in tenellis, quibus omnibus rite perpenſis pro poſſe meo ſatisfeciſſe ſperans non diutius hic remorabor, ut curioſi Lectori medicamenti innoteſcat.

METHODUS PARANDI.

℞. Ramentor. Ferri lotor. & ſupra ignem in vaſe aperto ſiccatorum & minutiſſime contuſorum, ſalis Armoniaci in pulverem redacti aa unc. iv. mixta dentur in Retortam terream optime in fundo & circumferentia lege artis munitam, imponatur hæc capellæ, admoveatur vas vitreum recipiens, quod bene lutetur: detur ignis in gradu digeſtionis, & dum retorta calefieri incipit, augeatur ſucceſſive ad ſublimaionis, finitaque ſublimatione ad calcinatio-

nationis gradum. Hoc facto succeſſivæ refrigerationi committatur retorta, & ex refrigerata, fractaque accipiatur calcinatum in fundo hærens, caput mortuum teratur, & ſubigatur minutiſſime in mortario lapideo, dein ſubactum imponatur in vas vitreum & affundantur ſpiritus vini rectificatiſſimi Empyreumaticum odorem non redolentis ℔ ij. agitentur ſæpius primis octo horis: poſt viginti quatuor horas agitatis denuo inſtilletur tribus quatuorve interſtitiis obſervatis acerrimi, ut vulgo vocatur, olei vitrioli nigri unc. j. ad quamvis inſtillationem ſemper tamen mixta agitando; dein in quiete permittantur per viginti quatuor horas, his elapſis decantetur Tinctura, reſiduo vero in fundo affundantur prioris ſpiritus vini ℔ ij. agitentur iterum pluries, dein extractio de novo relinquatur per viginti quatuor horas, his transactis inſtilletur iterum, ut prius, olei vitrioli ſupra dicti unc. j.

effervefcentia finita vero infundantur fpiritus tartari fimplicis unc. iv. agitentur, & finita agitatione aliquoties repetita relinquantur in vafe per viginti quatuor horas; his elapfis fecunda hæc folutio mifceatur priori decantatæ, & optime fimul agitentur, tunc parata eft ad ufum PANACEA NOSTRA ANTI-CANCROSA.

OBSERVATIONES CHEMICÆ.

Poftquam Ramentorum Ferri lotorum & ficcatorum, falisque Armoniaci aa unc. iv. retortæ undique argilla optime munitæ commifi, lege artis admovi recipientem, quem optime lutavi. Dedi in principio ignem digeftionis, dumque retorta calefieri ad fenfum mihi videretur, ignem fucceffive auxi, hoc facto, dum Phlegma fe infinuaret, quod ignis incremento in recipientem ftillavit, afcendi usque ad gradum fublimationis, poftmodum recipienti fe

flo-

flores, ut alias dici aſſueverunt, puto ſalis Armoniaci Martiales primo in pauciſſima quantitate ſubtiliſſima flavedine tincti inſinuabant, dein vero magis magisque albi apparuerunt; verum, cum nullam amplius florum ſublimationem obſervaverim, reverberio reliqui retortam, ſicque ſenſim igne extincto refrigerio totum commiſi, dimoto vero recipiente odore flagrantiſſimo nares feriebantur; antequam autem hoc factum fuiſſet, ponderavi vitrum, cui ex recipiente amoto Phlegma illud omni poſſibili celeritate communicavi, & idem concluſi; æquabat hoc pondere unc. j. dr. j. ex recipiente tamen ingens adhuc volatile undique diſpergebatur per longius temporis ſpatium fere intolerabile. Bene itaque vitro munito ad cætera inquirenda properavi: collegi in recipiente ſuperius ſublimatos flores firmiter adnexos: diffracta retorta reliqua patefecit in fundo, ſed prius

flores roſtro quaſi affixos removi, prioribusque addidi, qui ſimul ponderabant dr. ij. ß gr. viij. in retortæ parietibus ſurſum verſus & in fundo undique apparebat ſal, quem collegi pondere æquantem dr. iij. & gr. vij. in fundo ulterius conſpicuum fuit calcinatum, ſub & in quo hinc inde apparuit crocus Martis, quæ ſimul ponderata aliquantulum exceſſerunt unc. v. deficit ergo partim cum in retorta, roſtro ejus, & recipiente quid remanſerit, partim per volatile perditum fuerit, in pondere unc. j. dr. j. gr. XLV. Hæc ſunt quæ adducenda habeo, quæ ulteriori analyſi chemicæ ordine ſubjiciam, & quidem primo.

Phlegma hoc ab aqua adhuc ex lotione forte, ſi quæ ſuperfuiſſet, relicta, cui immixtus eſt ſal Alcalinus volatilis, ſeu urinoſus, dependet, ſed melius eſſe puto, ſi liquidum hoc ſpiritum ſalis Armoniaci Alcalino urinoſum volatilem dixero, cum ingentis

fla-

flagrantiæ ſit, ut ſentit *Neumanus* qui eundem proceſſum chemicum cum Marte & Sale Armoniaco inſtituit, ut dicit *Part. IV. regni Animal. Cap. XXIV. pag. 1351.* Accepi de hoc ſpiritu parvam quantitatem, inſtillavi oleum tartari per deliquium abſque omni tamen nota effervefcentiæ, ſed dum oleum vitrioli in aliud vas, in quo idem erat, inſtillavi, horrende effervefcebat, tentavi pariter per ſyrupum violarum aqua dilutum, ſed parciſſima copia eum attigit, cum jam in ſummum colorem viridem mutatus eſſet, abunde itaque patet quod alcalinus ſit. Secundum quod obtinui, flores ſunt, qui pro floribus ſalis Armoniaci Martialibus habentur non obſtante, quod nihil niſi ſal Armoniacus noviter ſublimatus ſint, ut aſſerit *Neumanus in eodem Cap. & pag.* explicans, quod nihil aliud ſint idiomate germanico, quam de novo ſublimatum ſal ammoniacum, in quibus tamen quæ-

dam particulæ Martiales latitant, ex quibus color dependet. Sal vero Armoniacus eſt neuter, hinc nec cum Acido nec Alcalino effervefcere deberet, quod tamen factum eſt, dum hos flores, ut ſaltem ego obtinui, ſyrupo violarum diluto immiſi, viridem colorem manifeſtaverunt, cum oleo tartari per deliquium nec ſignum effervefcentiæ, cum oleo vero Vitrioli inſignem patefecerunt.

Idem contigit cum ſale in parietibus retortæ firmiter adhæſo, & vi ope ſcindentis inſtrumenti ſeparato, hinc quoque Alcalinum ut flores eſſe exiſtimo, qui ſaporem empyreumatico-adſtringentem retulit, præter odorem autem empyreumaticum & volatilem nullum, hinc videbatur mihi volatile ſatis in illo latitare, quod tamen quoad maximam partem liquido communicatum eſt, cum facile per ignem moveri queat. Non tantum in hoc, verum in aliis proceſſi-

ceſſibus Chemicis idem obſervare licet, ſic ſi ſicciſſima animalium oſſa per torturam ignis coguntur, & ſi recipiens optime lutatus fuerit, volatile tamen flagrantem odorem ſparget undique, qui ad ſufficientem diſtantiam nares affligit, quod & in noſtro ſubjecto pariter contigit: ideo, cum hoc non minus alcalinum, quam prius ſit, etiam quoad partem ex alcalino volatili urinoſo ſal Armoniacus oriatur. Verum quidem eſt eundem componi ex ſale marino & fuligine, verum noſter fuligo ex vegetabilibus oritur, qui ad producendum ſalem Armoniacum difficulter quid tribuet, locus vero, ubi frequentiſſimus & optimus ſit, Ægyptus eſt; cur autem ibi commodiſſime fiat, ratio eſt, quod Incolæ lignorum loco fimum collectum in globos redactum animalium, in quo etiam ſal urinoſus eſt, comburant: ex quibus patet, etiamſi parciſſima quantitas vegetabilis ſtraminis

com-

commixta ſit, fuliginem ſecure pro alcali haberi poſſe, & quidem pro alcalino urinoſo, quod ſale ſuo volatili gaudet. Non ergo amplius quæri poteſt, cur in hoc proceſſu Chemico nares a volatili fœtido afficiantur, nam ſal urinoſo-volatilis & alcali ſalis Marini a ſuo acido relinquuntur, quia cum Marte ſe conjungit, omnia enim Acida terras alcalinas relinquunt, & ſe cum Mineralibus maritant. Supereſt ut calcinatum in fundo hærens attingam.

Eſt vero hoc, Mars in naturam fere mediam converſus, cum acidum ſalis Marini, quod in ſale Armoniacali intime mixtum fuit, ſe illi ſociaverit, quod ex croco Martis colligi potuit, deinde reliqua producta omnia fuerunt alcalina, quia acidum hoc ſe ab illis liberavit, & cum Marte conjunxit, de quo, ut certior ſim ad tentandum, an nulla de ſe ſigna præbeat, inſtillavi ſuper calcinatum oleum tartari per deliquium

quium ſine omni minima etiam efferveſcentiæ nota, in alio vero vaſe inſtillavi aliquid olei vitrioli acerrimi, quod non tantum potenter efferveſceret, verum fumando ebulliret, quod mihi eam ob cauſam factum fuiſſe videtur, quia qua potentiſſimum acidum primogenium omnia reliqua acida ſuperare potens acidum ſalis marini à ſua cohæſione cum Marte liberaverit, & expulerit, ſeque cum eo hoc diſſipato conjunxerit. Verum quidem eſt, oleum vitrioli cum ſolo Marte efferveſcere, uti in alio vitro tentavi, ſed impetus tamen diverſus obſervabatur. Quod autem acidum ſalis Marini in Marte hæſerit, partim ex ſupra dictis, partim ex his patet, quod Martis pondus, quod antea unciarum quatuor fuit, ultra unciam increverit; niſi conjecturari liceret, quod hæc quantitas acidi ſalis Marini ei mixtum fuerit, ſi vero ſimul acidum cum alcalino volatili & terra

ſalis

ſalis Marini alcalina fuiſſet ſublimatum, nec ſal, nec Spiritus alcalinæ proſapiæ eſſe potuiſſent, quod idem de floribus intelligendum eſt, quæ ulterius doctis in Arte Chemica viris inquirenda relinquo, ſperoque eos, ſi forte in illis aberraſſe videar, errorem benevolentiâ ſuâ recompenſaturos.

Hoc itaque ultimum calcinatum, de quo nunc egi, cum reliqua ad medicamentum non ſpectantia lubens prætercam, in vas vitreum impoſui tritum, & ſubtiliſſime imminutum, fudi ſupra hoc ſpiritus vini rectificatiſſimi ℔ ij., agitavi per octo horarum ſpatium ſæpiſſime, dein in quietem repoſui, color in toto ex cinereo ater, ſed in margine ſuperius aliquantulum fuſcus apparuit: elapſis viginti quatuor horis acerrimi olei vitrioli repetitis vicibus ſucceſſive, ſemper tamen agitando vas vitreum, unciam unam inſtillavi, ex quo efferveſcentia ſumma multum fumi ſpirans or-

ta

ta eſt: cujus ratio videtur, ut ſuperius de expulſione acidi ſalis Marini dictum eſt; dein ſæpius iterum agitavi, & vitrum optime munivi; & poſtquam quieti commiſi totum, præcipitatio Martis facta eſt, crocus tamen ab acido extractus & liquido communicatus apparuit, cum illud ſupernatans colori corticum aurantiorum non abſimile fuerit, ſed ita, ac ſi oleoſæ tenacitatis eſſet, imo Crocus paululum in ſuperficie ſedimenti conſpicuus erat: poſt viginti ergo quatuor horas decantavi liquidum, & decantatum vitro tradidi, cui operculo firmo proſpexi, iterumque reſiduo affudi ſpiritus vini ſupra dicti ℔ ij. agitabam, ut prius; verum, dum compoſitum minimæ quieti relinqueretur, non ejusdem coloris, ut in prima operatione factum eſt, remanſit, ſed ſpiritus vini ſtatim poſt agitationem à croco tinctus eſt, & iterum Corticibus Aurantiorum æmulantem colorem ſedimento

po-

posito retulit, post frequentiorem vero agitationem de novo quieti per viginti quatuor horas commisi, & his finitis instillavi olei vitrioli acerrimi, ut superius in formula exstat, successive unciam unam, agitavi, ubi facta semper iterum fuit nova impetuosa effervescentia, ut prius vitro ingenter calefacto, donec cessaverit, & postea spiritus tartari simplicis addidi unc. iv. ex cujus additione præter fumum & levem effervescentiam nihil observavi, cessante vero ea & auditui minime sensibili ultimatim contentum in vitro optime conquassavi, & quieti per viginti quatuor horas denique commisi, his præterlapsis liquidum decantatum priori miscui, & agitatum simul in lagena vitrea usui servavi. Feci in formula hujus Medicamenti mentionem de oleo Vitrioli acerrimo, quod vulgo oleum nigrum Vitrioli vocari consuevit, cujus parandi Methodus sequens est.

℞. Vi-

℞. Vitrioli Anglici optime calcinat. ℔ vj. detur in retortam ferream, ponatur ea in reverberium, eligatur recipiens ſat amplus, qui longiſſime à Reverberio diſtet, quod impetrari poterit per Roſtra ſibi continuo applicata, bene tamen lutata, quo & recipienti proſpiciendum eſt, ut nebulæ ſulphureæ condenſari poſſint, & recipiens non rumpatur, detur dein ignis ad extremum caloris gradum per quatuor dies & noctes, & tunc invenietur oleum Vitrioli in Recipiente grave & Criſtallinæ naturæ, quod nigrum erit. Ita habet *Hellot in Academia ſcientiarum.*

Non quidem ſcrutinio Chemico meo viliſſimo ſubjicere audeo, verum hoc, quod ad minimum motum in vitro clauſum, vel etiam aperto eo fumum ſpiret, cauſam inquirendi anſam præbuit, verum, dum rem ſerius contemplarer, quidquam inflammabilis ſulphurei in eo latitare judicavi, dicit enim

Ipſe, *ut nebulæ ſulphureæ condenſari poſſint.* Quod confirmat *Neumanus P. I. Cap. viij. de acido vitriolico & deſtillatione Vitrioli pag. 179. Nro. V.* quæ igitur judicaſſe gaudeo, ad quod me tantus fumus ejus inſtillatione facta memorem allicuit, ut hujus rationem ſcrutarer, rem altiori mente perluſtranti viſum eſt, ac ſi oleum hoc acidum ſalis Marini expellendo Marti ſeſe conjungendo inflammabile ſulphureum dimitteret, cum id cum acido ſalis quaſi avolet, & in auras diſpertiatur, his pro poſſe meo perpenſis, neceſſe eſſe autumo, ut accelerem etiam adducere, qualis ſit.

MEDENDI METHODUS CUM CAUTELIS.

I. In Cancro aperto labia tumida fungoſa apparentia ope penſilli undique inungenda ſunt, attendendum tamen, ne in profundum ulceris quid communicetur, quia ingentem cauſaret dolorem, ſi vaſa & Nervi adhuc viva ſint mor-

mortuo undique adjacentia, aut per eum in ſuperficie diſperſa, hac præcautione bene habita, & inunctione in loco præſcripto facta remoretur paululum, donec imbutam eſſe tincturam videatur, dein imponi poterit linteolum ſimplex, aut ſolum, aut huic quadruplicatum, vel pluries adhuc compoſitum pro ratione partis, ne preſſio tamen fiat, interim cautela prius dicta obſervetur, ne ulceri quid inſtilletur, hæc functio per diem tribus vicibus reiterari poterit, & ſi vel Cancri partes linteolo ſe applicent, vel in ſpina ventoſa magna ſaniei quantitas exſtillet, vel partes oſſeæ corruptæ & eroſæ, aut in parvis lamellis exfoliatæ ſe in ſuperficie inſinuent, aut linteolo adhæreant, ulcera linteo tantum mundificanda ſunt.

II. Si V. g. in Spina Ventoſa in parte ſit cutis aperta, in ſibi vicina vero, vel ſuppoſita parte tumor naſcatur, aut effluxus ſaniei ceſſet, vel imminuatur,

idem promovendus & induratus tumor emolliendus eſt, quod obtinebitur, ſi Emplaſtrum paulo poſt enumerandum applicetur, vel ſi nullus tumor adſit, ſed ſaniei effluxus ſolum imminutus, præter hoc, quod limbus ulceris inungitur, tamen idem Emplaſtrum eſt ulceri applicandum, quia inunctionem omittere non ſuadendum eſt.

III. Conſpicua erit in utroque malo poſt inunctiones cruſta, quæ continuo inungatur, neceſſe eſt, nec vi ea rapiatur, cum ea cum tempore, etſi in majorem molem ſe elevaverit, ſponte decidat, & quandoque putridum ſecum trahat, hinc vi aufferenda non eſt, ſed cum inunctione continuandum, & non tantum cruſta, ſed & in circumferentia, ubicunque rubedo apparet, inunctio locum habet.

IV. Si cruſta, quod plerumque in Spina ventoſa fit, decidat, ſanguis potiſſimum ex ulcere ſtillat, verum nihil ma-

li

li portendit, mundificata pars de novo inungatur, dein accidet, quod nova crusta oriatur, quæ, si decidet, sanguis pure mixtus exstillabit, & hoc formatis sæpius crustis accidet tam diu, usque dum mala a bonis separata sint. Inungendo igitur longiori tempore, & in usum simul superius recensita medicamenta vocando spes certa sanationis affulget.

V. Notandum tamen, quod si Cancer nimium inveteratus sit, & suas radices in profundum dispersferit, dum ruptæ ejus pelles sunt, nec de inunctione quid auxilii sperandum esse, dixi ideo in §. Cap. I. quod carcinoma occultum, quod & de scirrho intelligere volo, in apertum citius mutandum esse videatur, ne malum profundiores agere radices queat, præterea medicamentum hoc discutit, & resolvit, hinc & in scirrhis usum habet.

VI. Denique tam in Cancro quam in Spina Ventosa pars inuncta libera maneat absque applicatione linteaminum, donec inunctio sicca videatur; si vero magnus in Cancro observetur fœtor, plane nullum applicetur linteolum, sed potius liber permittatur, ut exhalationibus putridis via pateat; ne tamen vestimenta affectam partem cancrosam irritare valeant, fiat quædam machina cava, correspondens magnitudini tumoris, ne compressio fiat, quod sertum vocamus. Sit v. g. sequens methodus: Accipiatur os Balænæ & incurvatum firmiter ligetur, involvatur deinde linteis ad proportionatam crassitiem, ut mamma cancrosa in eo recondita nec in ambitu premi, nec in superficie per vestimenta irritari possit, possunt ex aliis levioribus talia, & longe commodiora fieri serta, quæ cujusque arbitrio relinquo. Et si forte præter mammam cancrosam glandulæ subaxillares scirrhosæ

ap-

apparerent, illico etiam inunctio instituenda est, ne malum ulterius serpat, nam accidit, quod si scirrhosæ concretiones minores inungantur, levior quædam crusta nascatur, ubi observatur, ac si in parte illinita transpiratio major appareret, & fit quandoque, ut crusta decedente, etiam tumor cum duritie evanescat, hinc non inaniter me suasisse mihi videor observatos in quacunque parte tumores scirrhosos, uti & Cancros occultos illiniendos esse, hæc methodus valet etiam in Spina Ventosa, ut quotidie circumferentiæ aperturæ tribus ac minimum duabus vicibus sedulo ope pensilli inungantur; et si forte malum in maxillis, vel in manibus, vel in pedibus hæreat, pars illinita, quantum fieri potest, absque linteolo superimposito libera permittatur, & sic tota absolvitur cura. Sequenti vero formula communico etiam

EMPLASTRUM.

℞. ol. Rad. Confolid. m. Herb. & Flor. Hypericon. Flor. Verbafc. aa unc. iij. coquantur hæc olea prius feparatim, fi non exftent, ponatur in vas debitum præfcripto pondere, quibus addatur Cer. flav. finifs. unc. iij. fevi. cervin. unc. j. ß ceruff. venet. fucceffive inditæ unc. ix. coque, inftillando fæpius Acet. Lytharg. & continuo agitando ne nigrefcat l. a. ad Emplaftri confiftentiam. Refrigeranti dein addatur Camphor. oleo folutæ unc. ß bene agitetur, fervetur ufui. Cui ungt. de Lytharg. fubftitui poteft, hæc ut dixi de Spina Ventofa intelligenda funt, in Cancro vero occulto & fcirrhis inunctio tincturæ tantum locum habet; medicamentis itaque fideliter communicatis adducere volui quædam.

OBSERVATA.

Fæmina quadraginta aliquot annorum per longiffimum tempus Cancro

in

in mamma dextra aperto funeſtiſſime affligebatur; variis in uſum vocatis tandem ad noſtrum confugit medicamentum, dumque labia fungoſa Cancri ſæpius illinirentur, cruſta apparebat, quæ tempore decidit, cum qua ſimul putrida Cancri pars ablata fuit, continuata fuit illinitio, facta denuo cruſta poſt duos menſes decidit cum alia Cancri parte, & poſtquam ulcus linteolo mundificatum erat, rubri coloris eſſe patuit, fœtor remiſit, tumorque concidit: continuabatur illinitio, ſed miſera, ubi ſpes ſanationis affulgeret, viribus ob tam longos perpeſſos cruciatus exhauſta, tabida periit.

Matrona viginti aliquot annorum temperamenti ſanguineo-phlegmatici in maxilla inferiori partis ſiniſtræ ſcirrhum nucis avellinæ magnitudinis haud abſimilem multis annis geſtavit, qui in principio minimus ſe tactui patefecit, uſque dum in hanc molem increſceret;

Illa malo hoc afflicta ſe tinctura communicata inunxit ter de die, ſucceſſive increvit cruſta, quæ major & craſſior facta madida ſemper apparuit, tandem poſt longius tempus ſponte decidit, & ſola rubedine relicta tumor diſparuit.

Puella duodecim annorum Spina Ventoſa in oſſe calcaneo, tibiaque quatuor digitis a tarſo pedis ſiniſtri, ut & in cubito brachii dextri horrende vexabatur, quæ in omnium aperturarum circumferentiis fuit inuncta, neque linteolum inſuper applicatum, multo minus tibialia conceſſa ſunt, cum tempore calido hoc medicamento uſa ſit, interne ſumebat Decoctum ex Radice Zarzæparillæ & ſtrobul. pin. omnibus duabus aut tribus ſeptimanis pulv. Rad. jalap. ad ſc. ij. cum melle ſumpſit, ubique formata eſt cruſta, maxima vero in calcaneo, tandem poſt longiorem horum uſum, decidit illa in calcaneo & ſimul

oſſicula corrupta exfoliata ſunt, pariter in tibia, & cubito aliæ deciderunt, ſine conſpicuis tamen oſſiculis, & ſic ſucceſſive a malo liberata eſt. Poſſem plures adducere caſus, ſed brevitatis gratia, ne longius excurram, ſuperſedeo. Unicum tantum, cum recentiſſimus ſit, adducam.

Juvenculus ex ſat nobili ſtirpe natus octo annorum, per tres fere annos Spina Ventoſa in cubito brachii ſiniſtri excruciabatur, apparuerunt duæ aperturæ ſuperius, & inferius tumor durus, & ſat magnus conſpicuus erat; præter interna ſupradicta remedia circumferentiæ tinctura illinitæ ſunt, verum, cum tumor emollitus non fuerit, Emplaſtrum ſuperius communicatum applicatum eſt; quarta die aperiebatur, ex quo ſtillabat paullum puris, cum ſubſequenti ſanie, cujus ulceris circumferentiæ pariter dein tinctura inunctæ ſunt, remoto omnimode Emplaſtro: naſceban-

bantur ubique cruſtæ, & dum ea in cubito hærens deſquammavit, pus cum ſanguine mixtum effluxit, quod ſæpius contigit, ſi cruſta noviter formata decideret, & ſic ante aliquot hebdomades a malo integre ſanatus eſt.

His itaque pro viribus elaboratis & fideliter communicatis ſupereſt, ut votis meis medicamentorum effectus in ſolatium miſerorum correſpondeat, ſi hoc fiat, quod ex corde voveo, obtentus eſt ſtudii & laboris mei

F I N I S.



ERRATA.

Pagina.	*Linea.*		*Lege.*
42.	1ma.	etamſi.	etiamſi.
56.	13tia.	oſeroſum.	Os eroſum.
64.	3tia.	innotes cit.	innoteſcit.
66.	22da.	Triven.	Triœn.
68.	22da.	ionis.	tionis.
85.	16ta.	§	§ VII
86.	12ma.	quod.	quam.

